

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Elemosina ai  
cum fonte primo

Tot pene cotidie diuites perimunt,  
quot morientium pauperum apud se subsidia abscondunt.  
Nam cum quelibet necessaria indigentibus ministramus,  
sua illis reddimus, non nostra largiamur.

Gregorius in pastorali.

Incassum se ergo innocentes putant,  
qui commune Dei munus sibi priuatum uindicant;  
qui cum accepta non tribuunt, in proximorum nece grassantur,  
quia tot pene cotidie perimunt,  
quot morientium pauperum apud se subsidia abscondunt.  
Nam cum quaelibet necessaria indigentibus ministramus,  
sua illis reddimus, non nostra largimur;  
iustitiae potius debitum soluimus,  
quam misericordiae opera implemus.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 3.21  
(SC 382, F. Rommel ed., p.394, ll.10-17).